



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

CXCVI. Das Kloster Diesdorf bekundet eine Stiftung seiner Nonne Mathilde  
Rolvers, am 24. Februar 1379.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

pro tempore existentes pretactos redditus sibi perpetue subleuabunt et cum subleuatis redditibus sic inde facientes Ita, vt dimidius chorus filiginis ad refectionem in dominica, qua cantatur Gaudete, conuentui fiat effectiue, et reliquus dimidius chorus filiginis ad refectionem in dominica, qua cantatur Jubilate, conuentui tribuatur, et vnum quartale de dimidio choro filiginis ad candelam in die sancte trinitatis et per octauam ardendam dari cordintime affectat, superfluum vero quartale filiginis ad candelam corporis christi anni die ad horas cremendam pie tribuatur. In cuius rei testimonium presentia nostrorum sigillorum munimine tradimus communita, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LXXIX<sup>o</sup>, ipso die beate agate virginis.

CXCVI. Das Kloster Diesdorf befundet eine Stiftung seiner Nonne Mathilde Roleves,  
am 24. Februar 1379.

Nos wolterus, prepositus, Jutta, priorissa, totusque Conuentus ecclesie sancte marie in insula dystorpe Recognoscimus tenore presentium publice protestantes, quod consensu et voluntate omnium, quorum interest aut quomodolibet poterit interesse, vendidimus presentibus et vendimus dilecte nobis in christo mechtildi dicte Rolues, nostre commoniali, vnam marcam annue pensionis, que pecunia vaccalis dicitur, in villa medebeke singulis annis perpetuis temporibus in festo beatorum apostolorum philippi et Jacobi omni contradictione postposita subleuandam et ad vsus officii cameralis nostri monasterii conuertendam, Quam quidem marcam annue pensionis Scultetus prefate ville medebeke, vt est consuetudinis, colliget et collectam procuratricibus, que pro tempore fuerint, officii cameralis presentabit. Prefata vero mechtildis prescriptam marcam annue pensionis officio camere comparauit et ob salutem anime sue suorumque parentum libere resignauit, et procuratrices ipsam ad vsus camere subleuantes faciant, inde faciendum, vt est moris. In cuius rei testimonium nostre ecclesie sigilla presentibus sunt appensa. Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LXXIX<sup>o</sup>, in die beati mathie apostoli Gloriosi.

CXCVII. Das Kloster Diesdorf befundet einen Beitrag der Conventualinnen Walburgis und  
Mathilde Rudolf zum Ankauf von Drenwestedt und Zubar, am 26. März 1379.

Nos wolterus, prepositus, Jutta, priorissa, totusque conuentus ecclesie sancte marie in insula dystorpe omnibus christifidelibus presencia visuris seu auditoris volumus esse notum, Quod walburgis felicis memorie, quondam nostra commonialis, necnon mechtildis Rodolfi, nostre ecclesie cameraria, dederunt et applicauerunt nostri conuentus vsui triginta marcas denariorum lune-